ritatis puniuntur: vt ex Can. Eos quos. de Conſe. d. 4. conſtat. Etiam ſi vterq; Ius Canonicum ignoret: quia quando irregularitas, l. aliqua pęna Canonica imponitur propter factum Iure diuino prohibitũ, etiam ab ignorantibus incurritur, vt optime docet Scotus in. 4. d. 6. q. 8. Et exemplificat in Clerici percuſore, qui & ſi neſciret Excommunicationem latam à Canone ſuper tali facto, tamen incurreret eam: cum faciat contra præceptum diuinum de charitate fraterna. Et occidens hominem licet neſciret Canonem punientem homicidam pœna irregularitatis tamen irregularis eſſet, quia talis dat operã rei illicitę, de qua re debet ſcire ꝙ ſit illicita, & ſi neſciat, nullo modo debet illam exequi, quo vſq; conſulat peritos, per quos poſſet ſcire illã eſſe illicitam. Hæc ille. Ex quo ſcienter iterans tã ſuſcipiẽs quã cõferens eſt irregularis, ex c. ex literarũ, de Apoſtatis. Et inferius. Si enim propter aliquod dubium veriſimile: non trufatice vtatur quis circa alium forma capituli. De quibus eſt. &c. non eſt irregularis. Quod notent Indorum miniſtri. Cętera ad hanc materiam de Baptiſmo ſpectantia vide. §. 46. &. 48.

¶ Et